

circumcisionem sustinere, aut oblationem offerre; (z) quibus partibus Isagoge in Ecclesiam absoluebatur profelytorum: sed nondum tamen sacramentum fuit initiationis a Deo confirmatum; ut illud, jubente Christo, Johannis ministerio effectum est.

§. II. At multa adhuc differentia ponenda est inter ritus a Judæis & gentilibus adhibitos: illi enim vel Patriarcharum instituta sequebantur, vel fundamentum etiam habebant in Script. salt. analogicum; hi Scripturæ autem plane repugnabant. Et si gentilibus hæc usitata erant, inter quos Judæi degerant, quorsum nova visione opus, quæ Mosis omnium faciendorum תְּכֵנִית (Abriss) exemplar exhibebat? Manet E. illud potius probatum, gentiles ea, quæ Hebraicis similia habuerunt ceremoniis, ab ipsis accepisse, at postmodum ad alia objecta transfuisse: quorum numero & hæc tentoria per בְּתִים indicato merito annumeramus, in quibus hosce homines coisse, consuetudine ab Assyriis & Phœnicibus accepta perditissima, jam diximus.

§. IX. Atque illud ipsum est, quod graviter a deo vituperat in populo Ezechiel c. XVI. vs. 16. 23. fecisse cum fornicationem, & exposuisse se libidini omnium transeuntium in כְּסוּתָא *fanus* ex velamentis multicoloribus compositis: quod ut ita explicetur, tum analogia textus, tum consensus interpretum requirit. Confiteor equidem imprimis hic notari gentis cultum alienum ipsi usurpatum; cum, uti R. Salomo explicat, quotiescunque usurpetur vox זָנוּת i. e. *scortationis*, & tribuatur genti Israelitica, intelligatur idololatria; sed neque illud quispiam inficiabitur, locutionem istam ab isto ritu perditissimo desumptam, & ad idolorum cultum esse translata; ut cum spiritualem, tum corporalem etiam

C 2

in-

- (z) Selden. de J. N. & Gent. p. m. 139. & Buxt. in Lexic. Talm. sub voce זָנוּת
 (a) Conf. Hieron. Pradum in Ezech. in h. l. p. 196. Grot. apud Pol. in Synopsi Crit. in h. l. Magnum nostrum Calovium in Bibliis Illustr. h. l.